



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Assertio Omnivm Articvlorvm M. Lvtheri, Per Bvllam  
Leonis X. Novissimam Damnatorvm**

**Luther, Martin**

**[Basel], 1521**

**VD16 L 3876**

Decimvssextvs Consultum uidetur, quod Ecclesia in communi Concilio statueret, laicos sub utraq[ue] specie communicandos, nec Boemi sub utraq[ue] specie co[m]munica[n]tes sunt haeretici & schismatici.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-33308**

ARTICVLORVM DAMNATORVM

DECIMVS SEXTVS

Consultum uidetur, quod Ecclesia in communi  
Concilio statueret, laicos sub utraq<sup>ue</sup> specie commu  
nicandos, nec Boemis sub utraq<sup>ue</sup> specie cōmunicātes  
sunt hæretici & schismatici.

Hunc articulum reuocati libro de captiuitate Babylo  
nica, & iterū his scriptis reuoco & dico, Boemos & Gra  
cos in hac parte nec hæreticos nec schismaticos, sed Chris  
tianissimos & Euangelicissimos esse, quos & his uerbis  
oro & obtestor in domino, ut in ea sententia firmiter per  
maneant, cum pro se habeant expressum textum Euange  
lii, & longeum apud Graecos in hunc diem seruatum ca  
tholicum usum Ecclesiae dei, nec moueantur tyranni illi  
us Romani & Antichristi uastatoris impijs Decretis, qui  
bus alteram partem sacramenti per vim abstulit ihs, qui  
bus Christus ipse donauit, qui cum sacerdotibus imperet  
utranq<sup>ue</sup> speciem sumere, causatus unum sacramētum esse  
utrāq<sup>ue</sup> speciem, (id qd uerum est) rursus laicis unam pro  
hibens, iterum pro libidine causatus, mendacio sibi ipsi  
contrario, integrum sacramētum, unam speciem esse: sic  
aliud sacramentum laicis, & aliud sacerdotibus partitur;  
sicut & poenitentia sacramentum superius aliud Papæ &  
aliud totius Ecclesiae finxit.

Secundo dico, Hæreticos & Schismaticos esse Papam  
& omnes qui Idolum hoc Romanum adorant (nisi forte  
laicos & rudes excusat, ignorātia, simplex fides & uiolen  
ta huius Assur captiuitas) quia Euangeliū Christi pla  
ne extinguit & suum caput sequuntur, suūq<sup>ue</sup> sensum sta  
tuunt, aduersus Catholicam Ecclesiam dei, ut in multis  
alij, ita & in hiis sacramenti usu & sacerdotum cœliba  
Qui hæretici tu, H̄enī sunt hæretici & schismatici, qui terminos, quos  
sunt.

Textus Euā/  
gelicus, & lo  
geus usus  
Ecclesiae.

Sacramētum  
idē sacerdoti  
bus & laicis.

MAR. LVTHERI ASSERTIO.

patres posuerunt, transgrediuntur, & a communī catholi  
ca Ecclesiæ ritu seipso segregant, propriosq; ac nouos ri  
tus, pro mera libidine aduersus Euāgelio excogitant,  
id quod facit & fecit Romanus ille Antichristus, nec ue  
retur tamen impudens & blasphemum os suū in cœlum  
ponere, & Græcam Ecclesiā arguere schismatis, quod ip̄e  
& nullus alius coepit primus & solus.

Consultum itaq; mihi nunc uidetur, ut non modo per  
Concilium sed per quanq; diocesin, quilibet Episcopus,  
etiam inuitò Papa, Christum secutus in Euāgelio, rursus  
utranq; speciem laicis daret. Quamdiu rogo finimus nos  
illudi humanis istis fragmentis & statutis. An ignoramus  
deo magis quam hoībus esse obediēdū? Christus utranq;  
dat populo suo, & uicarius eius alterā auferet.

Consultum iterum uolo, ut quilibet laicus, si speciem  
alteram impetrare non potest, ui tyrannidis huius impe  
ditus, corde saltem toto optet, & gemat ad deum, quod no  
stris peccatis merentibus, digni facti sumus, quibus impij  
aduersarij ueritatis alteram partem sacramenti auferrent,  
& nos nostro sacramento spoliarent. Nam hoc ego dico, si  
qui sciens omittat, desyderare saltem, alteram etiā par  
tem sacramenti, licet neutra necessaria sit, cū fides sola hic  
sufficiat, impium eum esse & Christum ab eo negari. Nec  
catillis illorum moueatur, qui garriunt, sub pane omnia  
accipi: Christus etiam sciebat sub pane omnia accipi, ni  
hilominus tamē uinum instituit, sciebat omnia sola fide  
percipi, & tamē sacramēta ordinavit, Quo iure seruus do  
mini sui mutat ordinationes? Cur sacerdotes non etiam  
omnia sub pane accipiunt? Nonne unus panis & unum  
corpus sumus, omnes q; de uno pane & de uno calice par  
ticipamus, ut Apostolus, i. Corint. x, docet agitissimes. At  
Papa laicos ab hoc uno corpore excludere conatur, dum

F f iiij non

papam tagat

Quisciens &  
libens alterā  
Eucharistiæ  
partem omit  
tit, impij est,  
Christum ne  
gat.

Sacerdos & clero  
sumt

## ARTICVLORVM DAMNATORVM

non oēs de uno calice uult participare, resistēs tū Christo,  
tum Paulo & uniuersae Ecclīæ dei, tñ ut mysteriū iniq[ua]tis  
sua opereſ filius ille perditionis & hō peccati.

## DECIMVS SEPTIMVS.

Thesauri Ecclesīæ unde Papa dat indulgentias,  
non sunt merita Christi & sanctorum.

Merita xp̄i.

Hunc pbaui sic: Quia merita Christi sunt res uiuæ spi-  
rituales & sacrae, quæ iustificant cor. Qui enim manducat  
carnem meā & babit sanguinem meum, uiuet in æternum.  
Verba & opera Christi omnibus sunt salutaria ad uitam,  
quicunq[ue] ea apprehenderint, nec possunt nisi fide appre-  
hendi, ideo nec ullus hominum habet ea in potestate sua,  
nisi solus ipse, ludulgentiae autem sunt remissiones satisfa-  
ctionis, quæ nihil faciunt ad iustificationem, ideo insignis  
est blasphemia, merita Christi in hoc sordidū opus mor-  
tis ponere. Praeter hæc, nullis scripturis sua probant, sed  
sola impia illa extrauagante Cle, vi, ex opinionibus Tho-  
mæ insulsissimis & meritis fragmentis concepta.

Ad hæc, merita Christi sunt necessaria & præcepta habe-  
ri, sicut & fides, sic, j. Corint. j. dicit, nobis Christū esse dei  
uirtutem & dei sapientiam, & Ro. v. nos in solo sanguine  
eius iustificari, & Ro. iiiij. ipsum positum in propitiatori-  
um in sanguine suo. Sed indulgentiae nec necessariae nec  
præceptæ sunt, sicut nec fidem habent, ideo nihil faciunt  
ad salutem proflus.

Quod uero dicit, merita Christi accipi dupliciter, uno  
modo per modum satisfactionis, alio per modum iustifi-  
cationis. Respondeo, Quid mihi & istis fragmentis scio  
merita Christi etiam accipi hodie per modum pecuniae:  
Et in quo scelerum abusu nō prætextuntur hodie merita  
Christi: Hac singendi libidine quiduis e quouis facere li-  
cebūt

Merita xp̄i  
accipiunt ua-  
rie.